



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

S[e]c[undu]m Lucam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

celebretur. Deus enim omnipotens et
clemens cuius natura hominis
cuius voluntas potentia: cuius
opus misericordia est statim
ut nos diabolica malignitas
veneno sue mortificavit
invidie preparata renouandis
mortalibus pietatis sue reme-
dia inter ipsa mundi primor-
dia presignauit Tu autem do-
mine nostri miserere. **R.** O
magnum mysterium et admira-
bile sacramentum ut animalia vi-
derent dominum natum. Facientem
in presepio beata virgo cuius vi-
scera meruerunt portare domi-
num christum. **R.** Domine audiui
auditum tuum et timui consi-
deravi opera tua et expaui in
medio duum animalium. Fa-
cientem. **Sermo beati fulgen-
tii episcopi. Lectio sexta.**
Quipientes aliquid de huius
diei solennitate narrare simul
que considerantes illud unum ver-
bum de quo dicere volumus
nulla inuenimus verba qui-
bus sufficenter aliquid dicere
valeamus. Est enim hoc verbum
non quod desinit prolatum sed
quod permanet natum non tran-
sitorium sed eternum; non fa-
ctum a deo patre sed genitum;
nec solum genitum sed etiam
unigenitum. Unum quippe
pe verbum deus pater genuit
de seipso: per quod omnia crea-
uit ex nihilo. In principio enim

erat verbum et verbum erat a-
pud deum: et deus erat verbum.
Hoc erat in principio apud
deum. Omnia per ipsum facta sunt
et sine ipso factum est nihil. In
hoc autem quod per illud verbum de-
us pater omnia fecit ostenditur
quia hoc verbum genuit ipse
non fecit. Illud igitur verbum
de deo deus est: de creatore, cre-
ator est. Tu autem domine no-
stri miserere. **R.** Beata dei ge-
nitrix maria cuius viscera in-
tacta permanent. Hodie genuit
saluatorem seculi. **R.** Be-
ata et venerabilis virgo que
ne tactu pudoris inuicta em-
ter saluatoris. Hodie genuit
saluatorem. Gloria patri. Ho-
die. **In tertio nocturno anti-**
phona. Veritas de terra orta est et iu-
sticia de celo prosperit. **psalmus.**
Benedixisti domine terram tuam.
Antiphona. Homo natus est in eare
ipse fundauit eam altissimus
psalmus. Fundamenta eius in mon-
tibus sanctis. **Antiphona.** Reuerentur
celi et exulter terra ante faciem
domini quoniam venit. **psalmus.**
Cantate domino canticum.
R. Notum fecit dominus sa-
lutare suum. In conspectu ge-
nium reuelauit iusticiam suam.
In illo **Secundum Lucam.**
tempore Exiit edictum
a cesare augusto ut describere-
tur vniuersus orbis. Et reliquum.
Sermone beati gregorii pape

Quia largiente domino missis
larum solennia ter hodie cele-
braturi sumus: loqui diu de
euangelica lectione non possu-
mus. Sed nos aliquid vel bre-
uiter dicere redemptoris no-
stri natiuitas ipsa compellit.
Quid est quod nascituro domo
mundus describitur nisi hoc
quod aperte monstratur quod il-
le apparebat in carne qui ele-
ctos suos ascriberet in eterni-
tate. Quo contra de reprobus
per prophetam dicitur Dele-
antur de libro viuentium: et
cum iustis non scribantur. Qui be-
nignus in bethleem nascitur: bethleem
quippe domus panis interpretatur.
Ipse namque est qui ait Ego sum
panis viuus qui de celo descen-
di. Locus ergo in quo domi-
nus nascitur domus panis an-
te vocatus est. quia profecto
futurum erat ut ille ibi per mate-
riam carnis appareret qui ele-
ctorum mentes interna facietate
reficeret. Tu autem domine
nostri miserere. **R.** Beata
viscera marie virginis que
portauerunt eterni patris fili-
um et beata uerba que lacta-
uerunt christum dominum.
Quia hodie pro salute mundi
de uirgine nasci dignatus est.
R. Dies sanctificatus illuxit
nobis. uenite gentes et adora-
te dominum. Quia hodie pro
salute mundi. **zc.**

Scdm.

I. Lucam Lectio octaua.

In illo tempore Pastores lo-
quebantur ad inuicem Tran-
seamus usque bethleem et uide-
amus hoc uerbum quod scriptum
est quod dominus ostendit no-
bis. Et reliqua. **Omelia venerationis Bede presbyteri**

Natus in bethleem domino
saluatore sicut sacra euangelii
testatur hystoria pastoribus
qui in regione eadem erant vi-
gilantes uigilias noctis supra
gregem suum: angelus domi-
ni magna cum luce apparuit.
exortumque mundo solem iusti-
cie non solum celestis uoce ser-
monis: uerum etiam claritate
diuine lucis astruxit. Nusquam
enim in tota ueteris instrumē-
ti serie reperimus angelos qui
tam sedulo apparuere patribus
cum luce apparuisse. sed hoc
priuilegium recte hodierno tem-
pori seruatum est quando ex-
ortum est in tenebris lumen
rectis corde misericors et mi-
serator dominus. Tu autem
domine nostri miserere. Deo
gratias: **R.** Sancta et imma-
culata uirginitas quibus te
laudibus referam nescio. Quia
quem celi capere non poterat
tuo gremio contulisti. **R.** Be-
nedicta tu in mulieribus et be-
nedictus fructus ventris tui.
Quia quem celi capere non te-

Scdm. Iohannem Lectio ix.